

Emendationes Plotinianae

Autor(en): **Stark, R.**

Objekttyp: **Article**

Zeitschrift: **Museum Helveticum : schweizerische Zeitschrift für klassische Altertumswissenschaft = Revue suisse pour l'étude de l'antiquité classique = Rivista svizzera di filologia classica**

Band (Jahr): **18 (1961)**

Heft 4

PDF erstellt am: **30.06.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-17054>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Emendationes Plotinianae

R. Stark, Saarbrücken

Ponam hoc loco nonnullas coniecturas easque emendationes, quae codicum vestigia in diligentissima editione, quam Paul Henry et Hans-Rudolf Schwyzer summa industria confecerunt, accurate conservata proxime sequuntur. Itaque perspicies verba tradita, quae sensu carent, interdum facillime sanari posse si perpendimus, quae litterae haud raro vel saepissime modo tam simili scribi soleant, ut permutationi obnoxiae sint. Eodem pertinet, quod terminaciones quaedam verborum, cum non valde dissimiliter cadant, facile confunduntur. Denique animadvertisendum est illam notam, qua particula *KAI* saepius in codicibus sicut antea in papyris signatur, interdum litterae *H* simillimam esse, quo factum est, ut librarii veteris sermonis Graeci non satis intellegentes illam notam falso interpretarentur aut scrupulis commoti posteris rem ambiguam relinquerent. Invenimus igitur permultis locis *H* et *KAI* permutata aut iuxta apposita (*H KAI*), ut editores testibus nimis confisi saepius decepti sint. Qui fons errorum cum adhuc non satis inspectus iterum atque iterum lectores deludat, alio loco uberius observabitur.

Denique liceat confiteri v. d. W. Theiler¹ Plotini textum doctrinamque ab erroribus non paucis ingeniose liberavisse, ut formam, in quam Porphyrius scripta vel potius dicta Plotini iam dudum e vita egressi digessit, acrius cognoscamus. Quibus exemplis satis docemur, quanta consideratione verba tradita perpendenda examinanda corrigenda sint. Ingressus est rectam viam, quae etiam nos pellexit. At certe illa vestigia prementes ingenio Plotini nos rite gratificari libenter concedes.

5, 3, 4, 20–26: εἰ οὖν λέγοι, δτι ἀπὸ νοῦ ἔστι καὶ δεύτερον μετὰ νοῦ καὶ εἰκὼν νοῦ, ἔχον ἐν ἑαυτῷ τὰ πάντα οἷον γεγραμμένα, ὡς ἐκεῖ δὲ γράφων καὶ δὲ γράψας, ἀρ' οὖν στήσεται μέχρι τούτων δὲ οὖτως ἑαυτὸν ἐγνωκώς, ἥμετς δὲ ἄλλη δυμάμει προσχρησάμενοι κτλ. caret comparatio inclusa ὡς ἐκεῖ δὲ γράφων καὶ δὲ γράψας ut tradi solet verbo finito. quae omissio potest tolerari, si verba *KAIO ΓΡΑΨΑΣ* quae primo aspectu variam lectionem praebere videntur deleveris. At tamen haec difficultas aliter atque Theiler proposuit² enucleari vult, produnt enim signa tradita illud verbum finitum quod quaeritur: ex litteris *KAIOΓΡΑΨΑΣ* restituendum est *KATEΓΡΑΨΕ*. nanciscimur sententiam compositioni plane convenientem: ὡς ἐκεῖ δὲ γράφων κατέγραψε.

Accedamus ad alterum exemplum, quo rem quam supra posuimus recte iudi-

¹ *Plotins Schriften*, übersetzt von R. Harder, fortgeführt von R. Beutler und W. Theiler, Vol. V (Hamburg 1960).

² Qui verba καὶ δὲ γράψας delevit.

catam esse confirmetur. Scribunt editores 5, 3, 7, 7–9: *εἰ μὲν οὖν κάκεῖνον γνώσεται καὶ τὰς δυνάμεις αὐτοῦ μαθών, καὶ ἔαντὸν γνώσεται ἐκεῖθεν γενόμενος καὶ ἀ δύναται πομισάμενος.* Sed primam particulam *KAI* quam Theiler delevit nihil aliud nisi praepositionem *KATA* esse dico, quoniam ex ipsis verbis traditis conexione sententiarum perlustrata elucet quod philosophus didicit. docemur ne verbum quidem delendum esse, depellendas esse tenebras veritati per saecula offusas. scripsit enim Plotinus: *εἰ μὲν οὖν κάκεῖνον γνώσεται κατὰ τὰς δυνάμεις αὐτοῦ μαθών, καὶ ἔαντὸν γνώσεται κτλ.* Qua ratione illas litteras recte explanatas esse statim a philosopho ipso his verbis comprobatur, quibus de contrario meditatur: *εἰ δὲ ἀδυνατήσει ἴδεῖν σαφῶς ἐκεῖνον κτλ.*

Redeamus ad partem priorem difficilem 5, 3, 4, 1–7, ubi plura ab interpretibus adhuc neglecta aut nimis caute tractata sunt, ut opera pretium esse videatur singula perlustrare³. Secernuntur variii status, in quibus etiam nosmet ipsi reges sumus: *βασιλεύομεν ... διχῶς, ἢ τοῖς οἷον γράμμασιν ὥσπερ νόμοις ἐν ἡμῖν γραφεῖσιν, ἢ οἷον πληρωθέντες αὐτοῦ κτλ.* apparent igitur duo casus particulis *ἢ – ἢ* separati, sed primus ut traditur rationi dicendi offendit: tautologiam enim verba *οἷον* et *ὥσπερ* efficere videntur, duplicitatem ex qua diversas recensiones evolvendas esse dico ita, ut correcto ordine verborum hae lectiones restituantur:

1. *τοῖς νόμοις οἷον γράμμασιν ἐν ἡμῖν γραφεῖσιν*
2. *τοῖς νόμοις ὥσπερ γράμμασιν ἐν ἡμῖν γραφεῖσιν*

Ex ordine verborum in codicibus servato *ἢ τοῖς οἷον γράμμασιν ὥσπερ νόμοις* elucet in hoc primo statu regnandi, cum legibus ut litteris nobis inscriptis obsequimur, particulas *ἢ* et *οἷον* non coniungendas esse, comparantur enim particula *οἷον* (aut *ὥσπερ*) leges cum litteris: postulat igitur philosophus, ut *νόμοι ἄγραφοι* sicut leges lapidibus inscriptae in nobis fixi sint. Sed regnamus etiam *οἷον πληρωθέντες αὐτοῦ* *ἢ καὶ δυνηθέντες ἴδεῖν καὶ αἰσθάνεσθαι παρόντος.* Iam supra disserui, quo modo illa particularum *ἢ* et *καὶ* conciliatio explananda sit. Itaque particula *ἢ*, quae in sententiam non quadrat, iure electa est.

Deinde Plotinus de ratione agit, qua homo se ipsum cognoscat: *δυνηθέντες ἴδεῖν* nos ipsi ascensu quodam spirituali mutamur. At sententia ut tradita est mendis haudquaquam caret, quae ab editoribus adhuc non omnia perspecta sunt. Restat enim ut dittographia *τῷ τοιούτῳ* deleta particulae *ἢ καὶ* explanentur. Ac mihi quidem non dubium est quin eodem remedio atque in sententia 5, 3, 7, 7 supra inquisita haec difficultas solvi possit. Est enim particula *ἢ* hoc loco nihil aliud nisi falsa interpretatio notae, qua librarii particulam *καὶ* reddere solent. Quae nota cum litterae accentu ornatae, qua praepositionem *κατὰ* iam in papyris notari videmus, simillima sit, haud raro cum illa permutatur. At certe etiam verba *KAI* et *KATA* notis non excepta lectorem socordem in errorem inducere possunt, vel maxime si male scripta aut decolorata sunt. Quae cum ita sint primam particulam (*ἢ*) delevimus, tum ex altera (*KAI*) praepositionem *KATA* restituimus,

³ Interpretationis fundamentum invenies in explicationibus, quibus Theiler novum volumen editionis in adnotatione prima laudatae ornavit (vol. V b, p. 374).

denique pro η in linea septima pronomen relativum $\tilde{\eta}$ scripsimus. Tota igitur sententia remediis allatis ita apparet: $\kappa\alpha\lambda\gamma\iota\omega\sigma\kappa\omega\mu\epsilon\nu\delta\epsilon\alpha\tau\omega\tau\tilde{\omega}\langle\tau\tilde{\omega}\rangle\tau\omega\omega\tau\omega\delta\varrho\alpha\tau\tilde{\omega}\tau\alpha\lambda\lambda\mu\alpha\theta\epsilon\tau\omega\kappa\alpha\tau\omega\tau\omega\mu\alpha\theta\omega\tau\omega\epsilon\zeta$, $\alpha\omega\tau\tilde{\eta}\tau\tilde{\eta}\delta\omega\omega\mu\epsilon\iota$, $\tilde{\eta}\kappa\alpha\lambda\epsilon\kappa\epsilon\tau\omega\gamma\iota\omega\mu\mu\epsilon\omega\iota$ ⁴. Quae in lingua vernacula hoc fere modo reddatur: «Wir erkennen uns selbst mittels der Fähigkeit, durch ein derartiges sichtbares Wesen das übrige zu erfassen, nachdem wir dank dem erkennenden Vermögen jenes Wesen erkannt haben, gerade durch eben jenes Vermögen, durch das wir sogar jenes Wesen selbst werden können.» Admoniti a v. d. Henry et Schwyzer menda e palaeographia explicavimus⁵: sic textus recognitus est qui et legibus grammaticorum et Plotini usui dicendi satisfacit.

⁴ Plotinus interdum participio pro verbo finito utitur (H. R. Schwyzer, RE 41. Hbd. 518, 49) vel potius sententiam imperfectam ab auditore expleri cupit.

⁵ Cf. *Plotini opera* vol. I p. XI: «Mendis interdum inquinatum esse archetypum sane non negabimus, at pro certo habemus nullos fere locos depravandae Plotini philosophiae causa dolo et industria corruptos esse, sed sribas oscitantes quaedam deliquisse aut sananda sunt, si error palaeographia explicatur, aut cruce notanda, si remedium adhuc desideratur.» Cf. etiam vol. II p. XVI.